

ita simplex sit, vt nec vergat in notabile præiudicium tertij, nec damnum inferat Reipublicæ, sed tantum aliunde literæ sine surreptione ob non factam relationem alicuius requisitæ de iure; & tunc in Senatu neganda erit retentio litterarum, vt coram executorum earum surreptio ipsa opponatur, & controuertatur, ex hæcænis dictis à principio huius capit.

Aur surreptio talis sit qualitatis, quæ aut vergat in præiudicium notabile iuris tertij, in iis nempe casibus, in quibus deficiere potestatem in Principe tollendi ius tertij resistente iure naturali, diximus sup. cap. 7. per totum. Quia tunc adest notissima violentia, idcirco ob surreptionem huius qualitatis in dubio retentio litterarum discernenda, vt ibidem resoluimus, & probauimus abundè. Vt etiam quando ex surreptione inferatur præiudicium & damnum Reipublicæ Ecclesiasticæ, aut temporali, & eius recto regimini aduerfatur, & sic vergit in detrimentum publicæ utilitatis, & tunc similiter suspensio litterarum, & retentio in Senatu concedenda, iuxta text. in dist. cap. cum tenentur, de prebendis, cuiusque veram & genuinam interpretationem per Nos assignatam, & tantorum Doctorum obseruationem, de quibus à principio huius cap. qui in hoc casu omnes loquutos fuisse hæcænis ostendimus.

Quia cum ex regimine populi capiat fundamentum hæc retentio, omnique violentiæ cognitio, cum defensio Principis ad hoc tendat dumtaxat, & dirigatur, atque ex eo tantum inferatur Ecclesiasticis iustificetur, vt clarè latiusque ostendimus supra 1. part. cap. 1. per totum, & cap. 3. cum quatuor sequentibus; inde fit, vt cum Doctores præmittant hoc necessarium, & præcisum fundamentum; nihil mirum, quod mentionem faciant, & incidenter deducant, & inferant ad surreptionem litterarum præiudicium publicum inducentium, quo præcisè surreptio inhibita est, & intrinsecè inclusa; provt latissimè probauimus supra capitul. 3. à num. 29. cum sequentibus. Clarè quippe patet, quod quoties impetrantur litteræ in damnum publicæ utilitatis, puta contra priuilegia Regni, aut Regis, laudabilisque & vtilitatis consuetudines eius (quo vnico fundamento nititur retentio Senatûs, & Doctorum resolutio) per necessariam consequentiam inferatur ex eisdem præiudicium iuri publico, & per consequens surreptio, cum de eo non sit facta Papæ (cuius intentio defuit) relatio vel non ex integro, iuxta celebrem Cassiodorij sententiam, lib. 2. epistola 4. delectamur (inquit) veltatis inuento, & sequi regulas constitutas, libenter amplectimur, quia locum surreptionibus non relinquitur, quoties rationabiliter constituta seruantur. Idem Cassiodorus lib. 10. epistola 25. & Magister Alvarez Archiepiscopus Trauentis in Isaiam, cap. 11. num. 13.

Etenim si de damnò, & præiudicio particularis iuris debet fieri mentio ad excusandam surreptionem; & quanto magis de iure publico, quod semper censetur intactum, & præseruatum, cuique nihil detrahatur, vt abundè diximus plurima congerentes supra e. 5. per totum. Atque alio quolibet priuato potentius sit, l. numerum, §. item, de muner. & honorib. l. sanctimus, C. de sacrosanct. Eccles. l. vnica, §. final. C. de caducis tollend. Authent. res que, C. communia delega. cap. mutationes 7. quest. 1. cap. bona,

de postulat. prelat. ceterisque priuatis præferretur iuxta illud Ecclesiastic. cap. 17. ibi: Mandauit Deus vnique de proximo suo, ergo multo magis de Republica, Nicephor. lib. 12. Ecclesiasticæ hystor. cap. 23. vbi latissimè. Ambrosius de obitu Theodosij, ibi: Rempublicam boni Imperatores & parentibus, & filiis prætulurunt, Cicet. lib. 3. de finibus, chariorem esse patriam nobis quam nosmetipsos, & dicit ad Herenium lib. 4. Vituperandus, qui in Republica discrimine, sua plus quam communi saluti consulit, & lib. 1. officiorum, Charitatis sunt parentes, chari liberi, propinqui, & familiares, sed omnes omnium charitates patria vna complexa est. Dicit Augustinus serm. 6. de verbo Domini, Nazianzenus in oratione in laudem Basilij. Polineus apud Stobæum sermone de Republica, ibi: Negotia publica ciuitatis omnium existimare oportet maxima; vt feliciter augetur, & paulo post ibi: Ciuitas enim prosperè agens felicitas est magna, in hac insunt omnia, hæc seruat à cuncta seruantur, ac peruenit nihil non præsumit, Thucydides lib. 2. in oratione Periclis. Ego existimo, melius agi cum ciuibus priuatim, si tam ciuitas fortunata sit, quam si per singulos ciues felix sit, publice vero labefactetur, nam cum eueritur patria, is, cui priuatim bene est; nihil tamen minus, & ipse eueritur, cui autem male, is in illa prosperè agente multo magis incolumis est, &c. Indo Plinius Nepos, epist. lib. 7. epist. ad Caninum, ait: Oportet priuatis utilitatibus publicas, mortalibus æterna anteferre.

Quare merito, consultoque & Doctores tractantes de retentione Bullarum ob damnum Reipublicæ mentionem faciunt de surreptione earum, ac suggestionibus, quibus impetrari solent, non facta præiudicij & iuris publici relatione Sanctissimo (imò huic est incognitum) cui derogatum intelligitur, nec ideo inde inferendum erit ad litteras qualeslibet surreptitias, quæ simpliciter tangunt ius priuati, nec regulariter ex eis earumque executione inferatur damnum aliquod publicæ utilitati ad effectum vt inde retentio per Senatum concedatur.

Hinc venit declarandus Antonij Diana moral. resolution. 1. par. de immunitate. Ecclesiæ. resolut. 12. Dum generaliter mouet & quæstionem: an Regij ministri possint in Chancelleriis retinere Bullas Apostolicas, primitus cumulat aliquos Doctores affirmantes, postmodum autem negantes, quibus tandem ipse (vt afolet) adhaeret sine ratione, & fundamento hoc vnico vsus dumtaxat, quod de surreptione litterarum potest cognoscere Iudex Ecclesiasticus, non secularis.

Quo supposito clarè monstat non calluisse qualitatem, naturam, & essentiam negotij, dum ita indilcretè terminos confundit.

Etenim absolute negare & retentionem Apostolicarum litterarum ex iusta & legitima causa factam, ad effectum supplicandi Sanctissimo, vt quid senserit, vltèrius manifestet (postquam sit instructus de damnis, & scandalo inferendis ex executione suarum litterarum in damnum Reipublicæ, & publicæ utilitatis) expressè loquitur contra Bullam Cæne Domini in capitul. 14. hoc indulgentem, & expressis verbis permitte illarum retentionem, quando legitime coram Sede Apostolic. profequitur supplicatio ab eisdem suis litteris iuste emissa, imò & contra Doctores eosdem ab ipso Diana laudatos loqui-

tur (quos attentè non legisse plusquam manifestum est) ipsi namque aperte sequuntur (provt tenentur) literaliter sensum, & dispositionem eiusdem Bullæ Cæne, quos omnes & alios, verèbique eorumdem necnon Bullæ ipsius latissimè retulimus, & accuratè exposuimus supra cap. 2. à principio. Et signanter in declaratione eiusdem Bullæ Cæne à num. 54. cum multis sequentibus, & per totum illud caput, ad quod, imò & ad cætera huius i. p. pro satisfactione indilcretæ resolutionis Dianæ, teremitto.

Itaque in quantum ipse simpliciter & de surreptione litterarum Apostolicarum loquitur, vt ad Iudicem Ecclesiasticum pertineat cognitio, sic generaliter loquentem admittimus, ita vt simplex surreptio & falsitas litterarum non sit caula per se sola sufficiens ad fundandam retentionem in Senatu, provt & nos quoque probauimus ex multorum relatione sup. à num. 24. cum multis sequentibus.

Attamen quando surreptio inuoluitur & imbibita est & in præiudicium Regis aut Regni, atque damno publico (cui obiate officium proprium est Regis ex planè scriptis supra capitul. 1. & 2. & per septem capita præcedentia) sequitur, quod de ea incidenter ad violentiam, de qua cognoscit Senatus principaliter, possit agi & deduci, non ad effectum declarandi aliquid super ea, nec super essentia, valore, & iure litterarum, sed ad effectum apertius detegendi inuoluntatem Pontificis concedentis, atque inde ob damni publici principalem causam intem detrimendi litteras, & supplicandi Sanctissimo, vt nouiter de inconuenientis damno publico, & scandalo ex earum executione oriundis instructus, quid senserit, itorum rescribat, sique Dianam ad terminos hos resolutos in hoc, cap. potes reducere, & declarare.

CAPVT IX.

Retentio Bullarum an vltra sex casus à lege Regia specialiter expressos, locum habeat.

SVMMARIVM.

- Senatus an vltra sex casus à lege Regia designatos vti queat retentionis Regalia; ad partes discipatur, num. 1.
- Sex casus, quorum meminit lex Regia recensentur, ibidem.
- Principi generaliter competit facultas tollendi violentias, vt in pace Respublica Ecclesiastica, & spiritualis vniat, num. 2. & seqq.
- Impedire recursus vsus vergit in damnum auctoritatis, & præminentiæ Regis, num. 3.
- Recursus ad Regem hic omnibus aliis conuenientior paci, & gubernationi Regnorum, num. 4.
- Genus restringitur, & limitatur per enumerationem specierum, num. 5. vide tamen à num. 54.
- Facultas tollendi violentias Principi competit ex consuetudine immemoriali, num. 6.
- Consuetudo non potest extendi de casu ad casum, sicut nec de loco ad locum, num. 7.
- Tantum præscriptum, quantum possessum, n. 8.
- Per obseruantiam declaratur ius dubium, que non

requirit diuinitatem temporis, num. 9.

Consuetudo interpretatiua legis non requirit scitandam Principis, num. 10.

Ex obseruantia optima insurgit legis interpretatiua, & declaratio, num. 11.

Consuetudo interpretatiua dirimit omne dubium dispositionis hominis, & legis, num. 12.

Consuetudo interpretatiua non requirit præscripcionem, sed aliquando ita fuisse de facto seruatum, ibid.

Principem posse Regalia retentionis vti in omnibus casibus indilcretè, in quibus veritur turbatio Reipublicæ, & damnum notabile status Ecclesiasticæ medijs validissimis, vt verum probatur, n. 13. & seqq.

Iura cuncta attribuentia Principi Regalia præsertim indilcretè, & absolute loquuntur, non distinguentia inter casum, & casum, num. 14.

Casus plures quoties habent eandem rationem, licet de vno fiat mentio, intelligatur fieri exemplariter, non restrictiue, num. 15. & 16.

Lex vbi alicuius specialiter meminit, quia frequentius accidi, similes minus frequentes non excludit, num. 17. & sequentibus.

Lex Regia referens sex casus nititur rationi generice, & fundamentali ad faciendam licitam retentionem in illis, num. 18.

Ratio legis generalis attenditur tanquam virtus intrinseca ad inclusionem omnium casuum emergentium, in quibus militat, num. 19.

Ratio expressa in dispositione comprehendit omnes casus illi conuenientes non vt viam extensiuam, sed potius inclusiuam, num. 20.

Casus ommissus, sub ratione dispositionis comprehensius, expressus dicitur, num. 21.

Quod venit sub ratione legis expressa non dicitur extensio, sed comprehensio, num. 22.

Per legem præuenire omnes imperitiam machinationes foret impossibile, & singulis specialem legem concedere, num. 23.

Expressio casuum magis frequentium requirit fieri illatio ad exclusionem minus frequentium, n. 24.

Iura plura ponderantur, que, dum disponunt circa suspensionem executionis litterarum in causa vniuersali damni publici nituntur, num. 25.

Causa examen, quantum legitima sit ad suspendendam litterarum executionem; arbitrio prudentis viri relinquunt iura, num. 26. & seqq.

Causæ similes que dicantur, iudicij arbitrio relinquuntur, ibidem.

Arbitrarios omnes casus facit lex, quando certus modus dari nequit, cum magis pendat à circumstantiis subiecti, num. 27.

Arbitrium datum à iure ad discernendam causam retentionis, & suspensionis litterarum, legibus, & ratione circumscribitur, num. 28.

Causæ retentionis litterarum per Senatum faciendæ sunt varia, arbitrio boni, docti, & p. viri relicta sicut cætera, que à iure non habent certam determinationem, num. 29.

In Bullarum retentione similes causæ expressè admittuntur, num. 30. & sequentibus.

Recensentur plures Doctores admittentes identitatem rationis ad retentionem litterarum Apostolicarum in casibus non expressis, n. 31. & seqq.

Rescripti obtenti in præiudicium Sancti Inquisitionis sit in Senatu retentio, num. 32.

Retentionis remedijs vitur, qui extra Regnum adstringitur litem tractare in prima instantia, num. 34.



Littere alie non comprehensa expressè in lege Regia à Senatu retinentur, quibus militat legis ratio, num. 35. & 36.

Facultates Nuntiorum Sedis Apostol. exhibentur in Senatu, ut ibi examinentur, num. 37.

Decima littera ad Senatum deferuntur, num. 38. & 39.

Littera Apostolica propter quascumque causas aduersantes Sacris Canonibus, aut Generalibus Conciliis ad Senatum trahuntur, num. 40.

In similibus casibus, in quibus datur identitas rationis ad retinendam, littera examinantur in Senatu, num. 41. 42. & 43.

Homo qui non habet rerum euidenciam ut Angelus regitur, opinionibus, & probabilibus in praxi censetur moraliter euidens, num. 44.

Retentio litterarum ex infra causa toleratur dummodo causa sit euidens, num. 45.

Cognitio violentia potest ad alios similes expressis extendi sub identitate rationis comprehensos, num. 46.

Retentionem litterarum ad omnes casus similes, & sub ratione generica comprehensos, etiam non expressos in l. extendi, omnes fere Doctores tenent, num. 47.

Quod etiam semper obseruatum fuit inconcusse in Senatu Supremo Regis, num. 48.

Eadem potestas, qua attribuitur Regi ad condendam legem, que aliquos casus retentionis expressit, dicitur in condenda super aliis sub fundamentali ratione generica comprehensis, n. 49.

Singuli casus in l. 25. relati singulas antea leges habebant, & per promulgationem priorum non fuit subtrahita potestas ad cetera postea promulgatas, ibidem.

Vna, alteraue lex non potuit prouidere tot nouas machinationes ambitiosorum imperantium, que occasione prebere nouas alias leges condendi, num. 50.

Ponderantur plures leges Regni, quibus nouè dispo- nere in aliis casibus, in dict. l. 25. non expressis, num. 51. & sequentibus.

Littera coadiutoria in Cathedralibus, ac Collegiatis inter patrem, & filium retinentur in Senatu supplicatione premissa, dict. num. 51.

Littera suppressionis, aut unionis cum extinctione beneficiorum ob diminutionem cultus diuini, aliisque damna, in Senatu retinentur, n. 52.

Lex Regia loquens de retentione litterarum in derogationem beneficiorum patrimonialium Dioces. Burgens. &c. Extensa postea fuit ad alia loca, in quibus eadem viget consuetudo, n. 53.

Leg. Regiam 25. Disponentem damtaxat in retinendis litteris impetratis in derogationem Magistralis, & Doctoralis, praxi Senatus exten- sit postea ad Canoniceus lecturæ, & penitentiariæ ex omnimoda similitudine, & paritate rationis, ibidem.

Lex noua Regia commendatur protectio Concil. Tridentin. Senatu Supremo, num. 54.

Re: ut protector Reipublice generalem potestatem habeat in eadem vi oppressos quoslibet, qua non circumscriptur casibus expressis, sed in ceteris militat rationis identitas, num. 55.

Per enumerationem specierum non restringitur genus procedens in eadem dispositione, num. 56.

Genus non restringitur per enumerationem specierum in dubio, nisi aliter appareat de clara voluntate disponentis, num. 57.

Enumeratio specierum post genus facta intelligitur

causa maioris declarationis, & expressionis, non restrictionis, num. 58.

Per enumerationem in eadem dispositione factam nunquam censetur restrictum genus, quando genus, & species tendunt ad eandem personas, num. 59.

Secus quando genus, & species apponuntur in diuersis dispositionibus, & inter diuersas personas, num. 60.

Genus, & species ubi non sunt contraria, non restringitur genus, num. 61.

Genus restringitur quando species apponuntur per dictiones declarativas, scilicet, videlicet, &c. num. 62.

Regalia in protectione vi oppressorum Regi compe- tit principaliter de iure corroborato, etiam im- memoriali, num. 63.

Quod principaliter agitur attenditur, non quod ven- nit in consequentiam, num. 64.

Prescriptio de uno casu vnus speciei extenditur ad alium casum eiusdem speciei, quo non fuit usus prescribens, num. 65.

Regalia tollendi violentia ius est vniuersale com- plectens omnes species, & casus violentia, n. 66.

Ius vniuersale ubi preteritur per usum partis con- seruatur ius in toto, num. 67.

Possessio conferendi quoad quadam beneficia trahi- tur ad alia in dispositione contenta eiusdem spe- cie, num. 68.

Causa vniuersalis possidendi attenditur, n. 69.

Per presentationem aliquorum beneficiorum ex contentis sub iure patronatus adjudicato per sen- tentiam seruatur ius presentandi quoad om- nia in patronatu contenta, num. 70.

Princeps Regalia protectionis utens in aliquibus casibus non impeditur ea etiam vti in aliis sub suo iure vniuersali comprehensis, num. 71.

Rex semper usus fuit sua Regalia vniuersaliter in cunctis casibus, in quibus vi oppressus suum au- xilium impetravit, num. 72.

Obseruantia interpretatiua non admittitur in dispo- sitione clara, sed in dubia, num. 73.

Senatus semper usus fuit Regalia protectionis in omnibus casibus necessariis, & vrgentibus, nec dabitur in contrarium obseruantia, num. 74.



PLERISQUE multoties vidi dubi- tati; an supremus Senatus possit præteritæ violentiæ tollenda: vti hac retentione Bullarum Aposto- licarum ultra sex þ casus à lege Regia specialiter expressos, de quibus in l. 25. tit. 3. lib. 1. Recopilation. quos sic exprimit ad medium: Assi en que no le derogue la prehemencia de nuestro patronazgo Real, ni el derecho de patronazgo de legos, ni lo concedido y adquirido, para que ningun extranjero de estos Reinos pueda auer beneficios, ni pensiones en ellos, ni los naturales dellos por derecho auido de los tales estrangeros, ni en lo que toca à las Calongias Dotorales, ni Magistralles de las Igle- sias Catedrales de estos Reinos, y à los beneficios patrimoniales en los Obispados donde los ay, porque qualquiera cosa que se proueyesse por su Santidad, y sus Ministros, en derogacion de las cosas susodichas, ó qualquiera dellas, traeria muy grandes y notables inconvenientes, y del- lo podrian nacer escandalos, y cosas que fue- sen en desferuicio de Dios nuestro Señor, y nue- stro daño, y de los Reinos y naturales dellos, &c.

Que

Que latius inde prosequitur ad retentionem in- terim huiusmodi Bullarum, & ad supplicatio- nem interponendam ad Sedem Apostolicam.

Et pro parte negatiua, vltra dictos sex casus non habere þ locum retentionem hanc, probat primo, quoniam licet verum sit, generali- ter competere Principi supremo tollere vim il- latam inter Ecclesiasticas personas pro pace, & tranquillitate Reipublicæ, & status Ecclesiasti- ci, tamquam eius protectori, ex text. in cap. Regum officium est proprium, facere iudicium, at- que iustitiam, & liberare de manu calumniantium vi oppressos 23. quest. 5. & aliis, quam plurimis iuribus ad idem per Nos adductis supra cap. 1. hac 1. parte à principio, & in tractatu de Regia protectione, capitul. 1. à num. 99. & à num. 78. cum sequentibus, vt hæc generalitas probetur in individuo, in l. 36. tit. 5. lib. 2. Recopilation. ibi: Por quanto assi por derecho como por costum- bre immemorial nos pertencee algar las fuerças, que los jucztes Ecclesiasticos, y otras per- sonas hazen en las causas de que conocen, &c.

Et melius in l. 80. tit. 5. lib. 2. Recopil. que ex- tat in 3. tomo, nouiter addito, ibi: Que pertene- ciendo à nos como a Rey y señor natural þ por derecho y costumbre immemorial, quitar, y algar las fuerças, que hazen los jucztes Eccle- siasticos de los Reinos en las causas de que con- nocen; y auiendo siempre viado deste remedio por los que han padecido las dichas fuerças, &c. Sequitur, facit: Y de temor desto, aunque se ven oprimidos de los jucztes Eccle- siasticos, no se atreuen þ à vlar del dicho reme- dio, y que lo susodicho es en mucho per juicio de la autoridad y prehemencia de la Corona de estos Reinos, y que el remedio de la fuerza es el mas importante y necesario, que puede auer para þ el bien y quietud y buen gouierno dellos, sin el qual toda la Republica se turba- ria, y se seguirian grandes escandalos è incon- uenientes, mandamos, &c. Et in Bulla Cæneæ Domini, cap. 14. supra capitul. 2. relato, ibi: Etiam præteritæ violentia prohibenda, & ibi: Nisi supplicationes huiusmodi coram nobis & Sede Apo- stolica legitime prosequantur, &c.

Licet igitur ita generica sit iuris dispositio attribuens Principi potestatem þ tollendi vio- lentias; tamen restringi debet ad casus dumtaxat in eadem lege relatos, quoniam genus re- stringitur, & limitatur per enumerationem spe- cierum; text. est mirabilis in l. heres meus 100. §. duo statue, in hæc: Duo statue marmorea cui- dam nominatum, item omne marmor erat legatum, nullam statuem marmoram præter duas Celsus pu- rat deberi, Ofilius Trebatius contra, Labeo Celsi sententiam probat, quod verum puto, quia duas statue legando, potest videri, non putasse in mar- more se statue legare, ff. de legat. 3. facit etiam ad idem text. in l. cum prator. ff. de iudiciis, & in l. legato ff. de suppellectilibus legata, l. questum, §. fin. ff. de fundo iustructo, cum aliis, ergo vltra casus specialiter expressos à lege vi facultate Senatus nequit.

Secundò & pro hac parte virget, þ quoniam vt prædictæ leges Regni expressè dicunt; hæc facultas tollendi violentiam Principi competit ex consuetudine immemoriali, & Nos late in tractatu de Regia protectione, capitul. 1. à n. 120. cum sequentibus. Sed consuetudo non potest extendi de casu ad casum, sicut nec de loco ad

locum Rolandus à Valle consil. 57. n. 26. tomo 2. Turret. consil. 9. num. 41. part. 1. Piag. de consue- tudin. quest. 12. à num. 1. cum sequentibus. An- tonius Gabriel. titulo de præscriptiõibus, conclus. 2. vbi per totam de ampliationibus & limitationibus, Menochius de retentione, possessio. remedio 5. num. 62. Canalcanus decis. 21. n. 8. part. 2. Beccius consil. 93. n. 6. Zephalus consil. 709. n. 3. & consil. 38. n. 25. Marceratenf. variarum resolutionum, lib. 1. re- solutione 46. num. 5. & resolution. 88. num. 3. Nec etiam ex identitate rationis, Sesse decis. 218. num. 22. Molina de primogeniis, lib. 4. cap. 6. num. 20. & 21. Giurba consil. 67. num. 23. Qua- propter valet ista propositio þ Doctorum; tan- tum præscriptum quantum possessum, ac pro- pretea non extenditur, latissime exornat ex ma- gna Doctorum caterua Anton. Gabriel. dist. con- clus. 2. à principio, quam num. 11. extendit, vt procedat etiam in præscriptione immemoriali. Ergo ad casus vltra dictam legem Regiam ex- pressos (quibus hæcenus non est usus supre- mus Senatus) nequit suam progredi potestatem.

Tertiò, quia licet iure etiam hæc fuerit attri- buta potestas, & Regalia Regi vi Ecclesie legi- timo protectori; ius ipsam genericum þ per vsum subsequutum declaratum fuit, quibus scilicet in casibus eam exercere possit, nam per obseruantiam declaratur etiam ius dubium quia dicitur consuetudo interpretatiua, que quidem nec temporis diuturnitatem requirit, (Narra consil. 406. num. 26. Curtius de consuetudin. n. 150. Craueta consil. 839. num. 10. Simon de Pretis consil. 78. num. 16. Surtus decis. 129. num. 19. Cephal. consil. 129. num. 7. Ludovic. tit. de consue- tud. conclus. 38. ampliat. 5. Modit. de iure natural. §. lex est dubio 52. Marta decis. 136. num. 4. Man- tica de iacuis & ambiguis, lib. 3. tit. 9. num. 29. Piag. de consuetud. quest. 4. num. 95. & 98. Rota decis. 35. num. 20. part. 1. & decis. 356. num. 6. & 7. part. 2. Gratian. decis. 234. num. 35. Rau- denfis de analog. lib. 4. capitul. 34. num. 290. & in consil. 18. num. 38. Menochius de arbitrariis, casu 83. num. 10. & casu 199. num. 11. & in con- sil. 33. num. 96. & consil. 21. num. 15. & consil. 390. num. 18. Decianus consil. 44. num. 16. & consil. 51. num. 56. volumin. 2. Pateus decis. 283. lib. 1. & de- cis. 15. lib. 3. Marecotus variarum resolutionum, resolution. 100. num. 23. lib. 2. Tufchus littera C. conclus. 796. num. 39. & 45. & conclus. 878. à n. 11. Barz. decis. 58. num. 6. & decis. 98. Tutamini. de- leg. 3. part. capitul. 6. num. 16. Ponte consil. 1. num. 5. & consil. 54. num. 15. & consil. 51. à n. 28. Sola. ad decretum Sabaudie, tit. de iure emphy- theu. glossa 7. num. 22. Malcard. de statuto. inter- preta. conclus. 2. num. 159. Morot. consil. 90. n. 16. Botta consil. 18. num. 37. Antonius Gabriel. tit. de consuetud. conclus. 1. num. 69. Hieronymus Gab- riel. consil. 164. num. 7. & 8. Fontanella de pactis nuptialibus. clausul. 1. num. 33. Gallinus de verbis. signific. lib. 10. cap. 35. num. 6. Beccius consil. 101. num. 57. Borrellus consil. 3. num. 16. Caneceus lib. 3. variarum resolutionum. cap. 19. num. 74. Bimius consil. 23. num. 29. Marius Giurba consil. 19. n. 44. vbi quod þ ad hanc consuetudinem interpreta- tiam legis inducendam non requiritur scientia Principis, num. 43.

Et ex obseruantia, & vtu optima & iuridica inducitur legis interpretatio, þ vt post Burgos de Paz, Peregrinum, Hondedum, Menoch. Casanat.



Casanar. Surd. Barrium, & alios probat Castell. controuers. num. 6. capitul. 125. à num. 29. & supra. Et est lex. 6. tit. 2. part. 1. ibi: Que assi como acostumbraon otros de la entender assi debe ser entendida.

12 Et quod obseruantia, & consuetudo interpretatur ÷ dirimat omnia dubia, & declaret omnem dispositionem hominis, & legis, & quod non requiratur prescriptio, sed aliquando ita fuisse de facto obseruatum. Et per quos actus; vide vsque ad refectionem per Castellum controuers. lib. 5. capitul. 93. §. 7. per totum, vbi magna Doctorum caterua citatur.

Igitur ista Regis potestas, & Regalia à iure inducta aliter nequit extendi, sed ad obseruantiam restringi, & per consuetudinem interpretationem declarari, restringi, & limitari.

Quibus tamen & aliis minimè obstantibus, 13 ÷ contrarium de iure probabilius videtur: Senatium Supremum posse (provt quotidie fit) hæc vii regalia in omnibus casibus comprehendere sub iure, & ratione generica, in quibus militat ratio publicæ utilitatis, & turbationis pacis, ac per consequens tollendæ violentiæ, nam cum hæc sit principalis neruus, vnicum filerum, & solidum fundamentum inductium, & pronocatum huiusmodi recursus retenciois, vt latius infra, cap. 16. à num. 23. ne pax publica, statusque Regni tranquillitas turbetur, & ne commune bonum detrimentum patiatur, Princeps tanquam suæ sibi commendatæ Reipublice protectores, ac status Ecclesiastici, necnon Reipublice spiritualis, ad eiusque officium propriè pertineat Regium salus populi, quies, & tranquillitas publica, provt amplissimè comprobauimus supra capitul. 1. hac 1. part. & de Regia protectione, capitul. 1. à principio; per necessariam inde consequentiam sequitur, quod iis omnibus in casibus, in quibus sua turbetur Reipublica, vel notabile aliquod damnum patiatur, & violentiam, suam poterit interponere auctoritatem æconomicè, atque omni modestia, & reuerentia humili Sedis Apostolicæ ista Regalia vii. Et ad sic sentiendum, validis, meo videri, moueor fundamentis.

Nam omnia iura, attribuentia Principis officio ÷ hanc regaliam & protectionem vi oppressorum, generaliter loquuntur, non distinguunt inter casum & casum, sed in omnibus diffundunt indistinctè, quibus protectionis necessitas insurgat, ne ex aliquibus particularibus accidentibus publica quies turbetur, sed in pace Reipublica viuat, vt supra capitulo 1. & sequentibus, probauimus, sed hæc ratio non solum in casibus expressis à lege Regia, sed in aliis pluribus militat, ergo de eis pariter est prædicandum, iuxta regulam, textum in l. regulam, ff. de iur. & facti ignor. ibi: Nam initium constitutionis generale est, cum vulgaribus.

15 Et quia quoties plures casus ÷ habent eandem rationem, licet de vno dumtaxat loquatur lex, & de eo tantum in ea fiat mentio; videtur fieri exemplariter, non restrictiue, & exclusiue ad alios similes, & eiusdem qualitatis, Hippolytus Riminaldus in consil. 21. num. 25. lib. 1. in illis verbis, ibi: Pnde quoties plura habent eandem

16 ÷ rationem, licet de vno tantum fiat mentio videtur fieri exemplariter, non restrictiue, Bald. in repetitio. l. de quibus, num. 106. ff. de legibus, quod & latius exornat Tiraquel. in l. si vnamquam,

verbo, libertis, num. 45. Tiberius Decianus in consil. 41. num. 128. lib. 1. Castillo controuersiarum, tomo 6. cap. 17. sub num. 2. ad quod est egegens text. in l. scire oportet, §. qui non iure, ff. de excusat. tutor. ibi: Vt ostendatur in subiectis constitutionibus, quas exempli causa subiecti, adaptantur autem vniue quibus, qui mirabilis est ad nostrum propositum.

Et quod quando ratio legis est generalis, ÷ licet de aliquo casu particulari specialiter loquatur, intelligatur exemplificatiue, mirabiliter ad interpretationem textus in cap. nuper 34. de decimis, Augustinus Barbofa in collectanea ad ipsum textum, n. 1. vbi ita intellexit illum text. Rottam, in vna Plix ponens, decimarum coram Robusterio, & in decisio. 122. & 123. part. 1. diuerso, testatur, & alias etiam decisi & Doctores allegat in comprobationem ibidem.

Deinde quia ex dict. l. Regia 25. tit. 3. lib. 1. Recopilation. supra in principio, num. 1. allegata: constat ÷ quecimoniam proposuisse Regnum Regi in comitiis, vexari Regnum ob aliquas prouisiones Romane Curie, & insuper Rex in decisione eiusdem legis addidit, & apposuit alios casus eiusdem generis, tangentes nempe prouisionem, atque collationem nequit à Sede Apostolica per aliquos imperatram, vt frequentiores, & ex quibus frequentius Respublica pati solet dispndium & scandalum, exemplariter scilicet, non restrictiue, & exclusiue ad alios similes, quia vbi lex aliquorum casuum specialiter meminit, eo quod frequentius accidunt, similes etiam minus frequentes nullatenus excludit, glossa 1. verbo Iudai in cap. de iis, qui ad Ecclesiam confugiam, l. unica, verbo, Sponsam, C. de raptu virgin. & in Clementin. prima verb. Præsidentes, de rescriptis, vbi Imola num. 21. Rebuffus in tractatu nomination. quest. 5. num. 25. Peralta in l. Lucius, la primera, num. 22. ff. de legat. 2. Costa in cap. si pater, verb. Si absque liberis, num. 26. de testamentis in 6. Valasco consil. 8. num. 2. tomo 1. Pelaez à Mirces de maiouatu 1. part. quest. 31. num. 4. Vgolinus de excommunicatione, tabula 2. cap. 23. §. 6. optimè Patet Sanchez in tractatu de matrimonio, lib. 9. disputat. 14. sub. num. 16. versicul. 4. quia, vbi plurimos congerit tom. 3.

Deinde quia legislator in dict. l. Regia 25. ad disponendum super retentione Iudicium & supplicatione ad Sedem Apostolicam in casibus ibi specialiter expressis, motus est ratione generali, & fundamentali, super qua fundatur retentio huiusmodi hæctenus à nobis dicta, à num. 13. & sequentibus, ibi: Træria muy grandes ÷ y notables inconuenientes, y dello podrian nacer escandalos, y cosas que fuesen en desferuicio de Dios nuestro Señor, y nuestro daño, y de otros Reinos y naturales dellos, &c. De quibus rationibus legitimis, & fundamentalibus sigillatim, & peculiariter egimus in cap. 3. cum quatuor sequentibus, sup. hac 1. part. & in cap. 1.

Quare ratio legis, seu dispositionis cuiuslibet generalis debet attendi tanquam virtus intrinseca, & tanquam genus prædicans de suis speciebus, ÷ æqualiter includat diuersas species personarum, & casuum emergentium, ÷ provt genus includit suas species, idque per comprehensionem magis, quam per extensionem, ita docet Bald. in authent. post fratres, C. de legitimis heredibus, Rippa in l. final. quest. 41. num. 143.

num. 133. C. de reuocandis donation. Decianus in consil. 63. num. 22. lib. 4. Albaradus de interpretat. vltimarum voluntat. lib. 1. cap. 16. num. 15. & capitul. 7. num. 7. Surd. in consil. 270. num. 23. lib. 2. & decis. 276. num. 9. Achilles Pedroch. in consil. 32. num. 75. & in consil. 40. num. 159. Ioann. Gutierrez prædicarum lib. 3. quest. 17. num. 78. & num. 114. & num. 117. D. Perez de Lara de annuerfar. lib. 1. cap. 5. num. 7. Ofuald. ad Donel. comment. cap. 14. Castillo controuers. tom. 6. cap. 169. num. 17.

Hinc Ioannes Gutierrez dict. 9. 17. à num. 75. post multos Doctores, quos allegat; dicit, quod quando ratio est expressa in dispositione, in ea intelligitur comprehensio omnes casus, qui ipsi rationi conueniunt, non quidem per viam extensionis, sed magis inclusionis, & n. 42. quod expressum dicitur illud, ÷ quod sub ratione comprehenditur, etiam si ille casus sit omisus, & num. 85. 84. & 85. quod in his quæ per rationem legis, aut dispositionis comprehenduntur, non dicitur fieri interpretatio extensiuæ, sed comprehensiuæ, & num. 103. & 104. Quod si ratio legis expressa aliquem casum ambit, ac complectitur, perinde est ac si ea fuisset expressè decisi, & alia familia videnda sunt per ipsum Gutierrez vbi proxime, quem referens & alios sequitur Castillo controuersiarum, dict. capitul. 169. à num. 9. & sequentibus.

Et Camillus Gallinus (qui magis in specie supradicta declarat) de verborum significat. lib. 25. capitul. 11. à num. 7. & sequentibus, & lib. 2. c. 10. à num. 1. cum sequentibus, dicit: quod quæ sub ratione comprehenduntur generaliter, expressè dicuntur, siue ea que veniunt ex generali expressione, & repetit num. 12. & 16.

22 Et casus veniens ex ratione ÷ legis expressa dicitur comprehensio, non extensio, cum aliis multis firmat Menochius in consil. 235. num. 22. & 24. & in consil. 272. num. 7. lib. 3. Hercules Matecotus variarum resolution. lib. 2. cap. 106. num. 8. & 15. & cum Craueta, Tiraquello, Molina, Menochio, Cauallo, & Thesauro, Marius Giurba ad consuetud. Senatus Mesanens. cap. 6. gloss. 1. part. 1. num. 13. fol. 431. & ceteri fere omnes superius citati.

Quomodo enim poterit ambitiosa impetrantium cupiditas ÷ legibus præueniri, qui variis artificiosè suggestionibus, & modis quietem Reipublicæ turbare machinantur; Impossibile est omnibus & singulis eorum casibus vna individualis lex dari, iura constitui oportet (vt dixit Theophrastus) in iis que vt plurimum accidunt, non que sunt inopinata, & l. ex iis, que forte vno aliquo casu accidere possunt, iura non constituantur, ff. de legibus, & in l. nam ad ea potius debet optari ius, que & sequenter, & facile, quam que per raro eueniunt, & omnes leges ttes consecutiue, ff. de legibus, ac idem per rationem conueniunt ceteri casus similes sub ratione comprehensio, l. & ideo, cum duabus sequentibus, C. de legibus.

24 Quod & regulare in iure est, quod quando in lege exprimitur ÷ casus magis frequens, vel persona, non potest fieri illatio ad exclusionem casus minus frequentis, vt per Molina de primogen. lib. 3. capitul. 5. num. 35. Menoch. de præsumptionib. lib. 4. præsumpt. 89. num. 90. & alios firmat Christophorus de Paz in tractatu de tenentia, 2. part. capitul. 57. num. 79. Tiraquel. dere-

tractu linag. §. 20. gloss. 2. num. 4. plenè Menoch. consil. 106. num. 24. & sequenti, optimè etiam Fontanella de pactis nuptialibus, clausula 4. gloss. 29. num. 3. tom. 1. vbi plura iura ad id ponderat Gama post plures Doctores decis. 377. nouissimè & bene Ioannes Maria Nouarius noui. iur. Pontificij, conclus. de causis prime instantiæ, conclusio 1. alias 7. sub num. 2. fol. 34. qui omnes probant, quod quando dispositio apponit aliquos casus ratione frequentioris vsus, non videtur appositè restrictiue, sed imò omnes alij minus frequentes complectuntur, quos rationis identitas comprehendit, & gubernat, plurimos etiam ad idem allegat Matecotus variar. res. lib. 2. cap. 137. num. 5.

25 Quòd tendant omnia iura ÷ permittentia rescriptorum suspensionem & defensionem, donec Princeps consulatur, quæ quidem si ante perlegas, acutè & fitimter ponderabis pro hac parte nempe text. in cap. si quando de rescriptis, & capit. cum teneamur de præbendis, Authent. de mandat. Principum, §. deinde competens, & in authent. vt nulli iudicium, §. & hoc vero, l. final. C. si contra ius vel utilitat. public. l. 29. l. 31. & l. 32. tit. 18. part. 3. & alia nobis adducta supra capitul. 3. versicul. Etiam inaque ob rationem, à n. 13. Quorum nullum disponit ÷ in casu particulari, sed regulam generalem ad alios similes omnes continent ob legitimam causam (quando scilicet publica utilitas offendatur, præcipuè ob scandalum) posse in executione superferri, relinquendo iudicio, & iusto executoris discretionis arbitrio in casibus particularibus, quando sub regula generica comprehensio intelligatur, vt præstent iustam causam superferendam, & consulendi, cum causæ, quæ similes esse dicantur, & sub rationis identitate comprehendantur, iudicis arbitrio relinqui, dicunt Barzibus cons. criminal. 550. vbi latè Claud. in additionibus. Intrigol. decis. 47. num. 38. 39. & 40. Giurba decis. 54. num. 6. Menochius de arbitrar. lib. 2. centur. 2. casu 152. vbi de aliis causis recusatationis, quænam similes dicantur expressis à iore, quod iudicis arbitrio relinquitur, Paz in præxi 1. part. tomo 2. capitul. 6. num. 5. quas omnes causas in genere ex ponderatione eorumdem iurium & Doctorum auctoritate scripsimus de cap. 3. cum quatuor sequentibus.

Provt insuper probatur expressè in dict. cap. si quando, ibi: Qualitatem negotij, pro quo tibi scribitur, diligenter consideras, & ibi: Quæ animum tuum exasperare videntur, & iterum in fine: Aut per literas tuas, quare adimplere non possis rationabilem causam præsentis, & in dict. cap. cum teneamur, ibi: aut si non poteris sine scandalo ei prouideri, & in authentica vt nulli iudicium, dict. §. & hoc vero, ibi: Inquirat eam, & si quidem non ledatur Fiscus, &c. Ad que conducit horum iurium interpretatio per Nos scripta, cap. antecedenti, versicul. Qui quidem ipse, à n. 18. apertè hoc ipsum ex text. in cap. cum coningat. 24. de rescriptis, ibi: Ceterum in iis omnibus proram, & prouidam te conuenit intentionem habere, ne vel ad declinandum mandatum dubitare, te dicas, vbi dubitandum non est, vel etiam ad exequendum te asseras esse certum, vbi certum esse non debet.

Ac ideo ex prædictis iuribus manifestè colligitur arbitrio mandatarij relinqui examen, & liquidationem causæ legitimæ suspensionis regulatæ.



lata per regulas genericas per eadem iura traditas, ubi occasio & casus particularis sese offerant, provt etiam demonstrat Covarruuias in regula peccatum de regulis iuris in 6. part. 1. sub num. 7. ibi: Quoties restitudo rationis dicitur potius expedire, quod non obtemperetur, &c. Ac etiam ponderando prædicta iura, tenet Anguianus in tractatu de legibus, controuers. 5. num. 14. num. 19. & sub num. 38. 39. & 49. Quibus quidem locis & aliis eiusdem controuersie subiicit causæ examen ad superlegendum in executione rescriptorum, & consulendum, atque rescribendum Sedi Apostolicæ, relinqui iudicio, & arbitrio, necnon discretæ considerationi mandatarij, qui num. 39. rectè inquit, illorum iurium dispositionem locum habere, & extendi ad causas, & personas comprehensas sub eorum ratione, & in quibus eadem militat, ex vulgari axiomate, quod ubi militat eadem ratio, idem ius statuendum est.

Lex etenim illos omnes casus facit arbitrarios, in quibus lex ipsa certum modum statueri non potest, cum is præcipue pendat à circumstantiis subiecti, de quo agitur, l. 1. & 2. ff. ubi pupillus educari debet, l. 3. ff. de restitu. versicul. Tum magis scire potest, l. unica, C. de sentent. qua pro eo, quod interest, & ibi Alciatus, Donellus, & Cuiacius 9. obseruat. cap. 31. Forcatulus Neonomant. iuris, capitul. 37. Hothmanus lib. 2. obseruat. 11. & 12. Fumc. eodem tractat. in principio; quæ quidem circumstantiæ plus facti, quam iuris habent, provt de causis similibus, quænam dicantur sub ratione expressorum comprehensæ arbitrio iudicis relinqui ex aliis diximus sup. num. 25. & seqq.

Hoc tamen arbitrium est legibus & rationibus circumscriptum, l. Respicendum, & l. Hodie, ff. de pœnis, Et non liberi, sed boni, & innocenti viri officio fungi oportet, l. cetera. 4. §. mala, ff. familie erciscunde, ita ut iuris ergastulis arbitrium claudatur, l. vir bonus, ff. iudicat. solui. l. si libertus 30. ff. de operis libert. l. si bene collocata, ff. de vsmis, l. Thais, §. sorore, ibi: Non expectandum, quod hæredibus displiceat, sed quod bono viro postet placere, ff. de fidei commiss. libert. l. obseruandum, ff. de officio Præfidi, l. rem non nouam, C. de iudiciis Authent. de mandat. Princip. §. deinceps, Authent. ut indices sine quoquo suffragio in medio, cap. nunc autem, distin. 21. cap. iudicet, cap. quatuor 78. quest. 3. cap. 1. de re iudicata, lib. 6. Antonius Roscio, lib. 1. memorabil. capitul. 10. num. 2. Pacianus de probationibus, part. 2. membro 1. capitul. 6. n. 46. Redin. de Maiestate Princip. verbo, Sed etiam legibus oportet, n. 27. & verbo, Omnibus æquum, Decianus in praxi criminali, tomo 1. capitul. 15. & 16. videndus num. 4. Gratianus tomo 1. discipulat. forensis, cap. 34. Menochius latè in tractatu de arbitrariis iud. lib. 1. quest. 8. & quest. 9.

Hinc mirabiliter in his in quibus res famur terminis, loquutus fuit Pater Manuelis Rodriguez quæstion. Regular. tomo 1. quest. 6. articul. 8. in hæc: Certissimum esse apud omnes; litteras Apostolicas sine iusta causa minime posse detineri, ne executioni mandentur, ex supradictis in articulo præcedenti, satis patet: Causæ autem istius detentionis sunt varæ, quæ arbitrio boni, docti & pij viri relinquuntur, sicut omnia quæ in iure non habent expressam determinationem, &c. Ioann. Driedotius lib. 1. de libertat.

Christian. pagin. 183. Dum iustam firmat hæc Senatus detentionem litterarum Apostolicarum, & aliquas particulares causas referat, postmodum similes admittit, dum ita generaliter subiicit in hæc: Aut ex causa rationabili secundum congruentiam loci & temporis ad se statuendum atque mandandum, moueatur propter abusum tollendus, &c.

Simancas de Catholic. institut. tit. 45. de pœnis, num. 35. ibi: Vnde sic, quod si aliquid Papa decernat contra publicam vtilitatem, vtruta contra patronatum sacrorum, contra ius eligendi beneficia, seu Sacerdotia patrimonialia, vel quæpiam simile manu Regia retineri, & impediri soleat, &c. Quam doctrinam tradit Simancas ad comprobationem noui casus retentionis non expressi in legibus Regiis; quem scripserat ibidem num. 34. Scilicet ad retentionem rescripti obtenti in præiudicium Sanctæ Inquisitionis, provt eum retulimus supra cap. 2. vers. Simanchus etiam, à num. 8. Quibus locis quidem Simanchas expresse admittit generaliter omnes similes causas, & casus in quibus principalis, & genetica ratio retentionis militat.

Castellus à Bobadilla etiam in politica, lib. 2. cap. 18. num. 108. Dum præ generale rationem, & regulam ad retentionem Bullarum, etique exempla & particulares casus adducit, sub lit. Por otras vias, &c. admittens identitatem rationis.

Ferdinandus Vasquez Menchaca controuers. illustr. lib. 1. cap. 4. num. 27. Dum latè tractat de hac Bullarum retentione in præiudicium tertij, & in auocationibus casuum in prima instantia ob rationem generalem defensionis naturalis, subdit, ibi: Si forte qua lites intra fines Hispanie Regionis, vel alterius cuiuslibet agianda essent; & iterum, similis enim defensio, & simili modo competeret, & agenda esset, & num. 27. in principio dicit casus particulares, quos numer. antecedentibus adduxerat, loco exempli esse, nempe ad regulam, & rationem generalem ibi fundatam, quasi manifestè sentiens hæc Bullarum retentionem, & recursum genus non coartari ad casus expressos, sed alios comprehendere quos rationis identitas ambit.

Salzedus etiam in praxi criminali Canonica, capitul. 54. num. 19. ibi: Secundò, quod non solum in casu dicta lege Regia expresso, sed in aliis multis Apostolicæ litteræ ad Summum Senatum deferuntur, &c. cuius subiicit exemplum de litteris Nuntiorum à Sede Apostolica in Hispaniam misorum, qui casus expressus non est in dict. l. Regia sup. ad principium huius cap. relata num. 1.

Eodem etiam loquendi modo vsus fuerat Covarruuias practicarum quæstionum, capitul. 35. sub num. 3. versicul. Sed et ex multis aliis casibus in 37. Hispaniarum Regnis iur ad Supremos Tribunales, ubi reddit rationem generalem, & consequentiè in num. 4. sequenti, reddit idem exemplum facultatum, & litterarum Nuntiorum, & melius ipse Covarruuias capit. 36. num. 4. ubi extendit ad casum ex identitate rationis generalis, & iterum sub num. 10. versicul. Quinto.

Azevedus in l. 1. titul. 6. lib. 1. Recopilat. paulò ante finem inquit, in hæc: Et notandum quod duobus modis processus feruntur in 38 modum

modum violentiæ ad Chancellarias, &c. vel deducitur processus ad Curiam & Regium Consilium super litteris & Bullis Apostolicis, vel sunt in derogationem Concilij Tridentini, vel patronatus Regij, aut laicorum, & vel super Canonicius Magistralibus, vel Doctoralibus Cathedralium Ecclesiarum, vel super beneficiis patrimonialibus locorum aliquorum Regni, vel super nouitate decimarum & super reddecimis, sequitur & facit: Et hæc omnia & similia in ipso Consilio Regio tractantur, & reuidentur, &c. Et insuper nota, quod ibidem, ipse Azevedus adducit casum nouitatis decimarum in dicta lege Regia 25. supra adducta, non expressum inter alios adductos.

Narbona in l. 59. tit. 4. lib. 2. Recopilat. tom. 3. fol. 198. num. 26. in hæc: Ex his sanè iam diu in Hispania praxis inoleuit; vt si Romæ Pontificum expeditur diplomata, quæ propter finitras aduersantium preces, falsas suggestiones, & alias causas quascunque sacris Canonibus, aut generalibus Concilijs aduersantur, &c.

Hoc idem, nempe Bullarum retentionem posse fieri à Senatu licite in similibus omnibus casibus, in quibus militat eadem ratio, asseruit Hieronymus Llamas in methodo curato, anima. 1. part. cap. 7. num. 19. latè Antonius Soula in tractatu de censuris ad Bullam in Cena Domini, cap. 14. distin. 73. num. 9. & sequent. & distin. 76. num. 2. & 3. Marius Muta decis. 91. num. 5. Vivaldus in candelabro aureo, part. 2. ad explicationem Bullæ Cena Domini, casu 14. fere per totum, sed præcipue, num. 109. ibi: Si autem subsit alia rationalis causa, ob quam Bullas detineant, &c.

Bonacina tom. 3. de censuris in Bulla Cena contentis, distin. 1. quest. 15. punct. 4. §. 2. ad principium, pagin. mihi 113. ibi: Cum enim sæpè contingat, vt qui litteras Apostolicas subreptitias esse, aut iniquum grauamen, vel similia continere arbitretur, Summus Pontifex indulget, &c. Quo loco simul datur arbitrium, & similitudo casuum & casuum ad litterarum retentionem.

Id ipsum in his terminis clariùs docuit Pater Henriquez lib. 2. de Pontific. clauis, capitul. 17. post principium in hæc: & indices Regij pro data sibi potestate extendant prudenti arbitramento ad alios similes casus, &c. cui conducunt quæ ipse in cap. 19. §. 3. loquendo de hac retentione Bullarum ex dispositione Bullæ in Cena Domini, §. 14. in gloss. lit. R. ibi: Quia Bulla Cænx meminit supplicationis in casu, quod sit probabilis prætextus violentiæ, at ubi est euidentis, non videtur requiri, &c. & ibidem in gloss. lit. N. in hæc: Homo qui non habet rerum euidentiam, vt Angelus, regitur opinionibus, & quod existimat probabilis in praxi, censetur moraliter euidentis, Aristot. 3. Ethicor. non exigenda æqualis certitudo in omnibus, &c. cui quidem consonat Menchaca ubi proxime dist. cap. 41. Dum loquendo in hac Bullarum retentione, ita admonet in num. 27. Quæ omnia ita temperanda sunt, vt tam in exemplo beneficiorum, quam licitum contrarium toleretur ex iusta causa, dummodo iustam esse causam, vel occasionem appareat dilucidè, &c.

Nos etiam in tractatu de Regia process. 1. part. 46 cap. 1. n. 124. licet obiter, fundamentali & ta-

men ratione (de qua inferius ad responsonem secundi argumenti altius erit tractandum) probauimus in aliud propositum, posse cognitionem violentiæ ad alios similes casus sub identitate rationis comprehensos licite extendi.

Hoc ipsamet facillè colligitur ex omnibus illis Doctoribus iustificantis hæc Bullarum retentionem, quorum in vnum conuincimus, cap. 2. à princip. hac 1. part. dum pro generali regula adducunt ipsi omnes vnam & eandem rationem finalem, nempe damnum Regni, aut Regis, ac Reipublicæ Ecclesiasticæ spiritualis, qui quidem licet aliqui ad particulares aliquot casus descendant, exemplariter faciunt, non restrictiue & exclusiue ad alios similes, qui sub ratione, & regula generica à seipsis, & legibus Regiis, atque iuris communis constituti, & relati reperiantur, & ex quibus per damnum, & æquale inconueniens eidem Reipublicæ exoritur, vt supra probatum est (quos omnes singulos & specialiter annexere foret penè impossibile) vt iuribus & auctoritatibus hætenus probatum reliquimus.

Et hæc opinio vt vera, communiter approbata est, & prædicata in hoc Consilio supremo Regis nostri, ac in dubio quoties sese offert occasio, & casus, quibus ob executionem litterarum omnium Apostolicarum inferretur turbarum publici status Ecclesiasticæ, aut scandalum, & sic per consequens violentia, de ipsa cognoscit Senatus prædictus ad earum retentionem, & ad humilem proponendam supplicationem Sanctissimo, iuxta regulas à nobis comprobatas amplissime hæc 1. p. a. c. 1. cum sequentibus. Quibus omnino regulandum erit Senatorum arbitrium.

Quod vterius alio, & non contemnendo fundamento probabo, nam si in solis dictis sex casibus à lege Regia 25. tit. 3. lib. 1. Recopil. sup. adducta expressis (de quorum singulis antea singulæ leges specialiter fuerant editæ, vt videre est in eodem titulo à l. 14. vsque ad l. 28. inclusiue) cognitio violentiæ ad Bullarum retentionem haberet locum dumtaxat, eò quod in ea alij non recensentur casus; maximum sequeretur absurdum, quippe cum (vt dictum est) singuli prædicti sex casus singulas suas leges habeant particulares diuersis temporibus editas, & à diuersis Regibus conditas, & promulgatas, vt ex earum Datarum inspectione clarè patet, affirmare foret necesse, quod de casibus, qui in posterioribus legibus referuntur, cognitio Senatui deneganda erit, cum omnes vno eodem tempore, & sub eadem lege non fuerint expressi, quasi ex prime legis editione sublata fuisset & extincta facultas Regi alias condendi, iuxta casuum contingentium varietatè, & frequentia.

Hoc equidem falsum est, quoniam eadem facultate, & potestate, fundamento, & ratione, quibus aliqui casus in prioribus legibus fuerunt deducti, eidem facultati in cæteris per posteriores leges decisis, sub ratione generica comprehensis potestas Regi perdurauit, eaque vitur in vrgentibus necessitatibus, & casuum nouorum occurrentia, de quibus statim agendum, & commemorandum. Et quia quemadmodum fatetur facultatem Principis in priori, & prioribus legibus; eandem per necessariam consequentiam debemus fateri, & in posterioribus sequentibus, si sub limitibus regulæ generalis sibi vt protectori à iure permiffæ,



permisse, sit contenta, & à rationis identitate, & paritate regulata & gubernata.

Non enim potuerit priores leges & omnes articulos, & astutissimorum Curialium impetrantium malitias singulas quotidie nouiter inuentas amplecti, nec præcauere, & idcirco casus similes & huius generis imposterum pro tempore contingentes (quibus recognitum fuit per Regem damnari inferri publicæ utilitati) occasionem dederunt leges particulares condendi, vt testatur Imperator Iustinianus in authent. vt omnes constitutiones, in principio, in hæc: Semper legum nobis ferendarum occasiones præbent, quæ quotidie in iudicijs casarum mouentur controuersæ, authent. vt res immobiles donationis ante nuptias, &c. in princip. ibi: Ex controuersia, quæ coram nobis ipsi nata, atque agitata est, &c. Generali nunc lege prosequimur, &c. & in Authent. de Tabellionibus in principio, ibi: Presenti lege lis quedam, quam paulo ante audiuimus, occasionem præbuit, &c. l. 3. C. de legibus, ibi: Vel lis nota legis occasionem postulat. Sicque facultas, & recusus retentionis litterarum non coarctatur ad solos casus in legibus Regis expressos, quemadmodum potestas alias in similibus condendi nullatenus potuit extinguere, sed potius perdurauit, & eadem Rex noster vitur in necessitatibus contingentibus.

Qua quidem igitur ratione generica attentata, postea in l. 26. tit. 3. lib. Recopil. dispositum est, vt à Ballis, & litteris, quibus conceditur coadiutoria in Cathedralibus Ecclesijs, & Collegiatis, & aliis inter patrem & filium, supplicetur, & remittantur ad Consilium Regium, qui casus antea in dict. l. 25. expressus non erat, nec alibi decisus specialiter.

Item à litteris Apostolicis, quibus impetratur suppressio, & vno tunc cum extinctione beneficiorum, tanquam in diminutionem cultus diuini, & ob alia inconuenientia inde sequuta; supplicari ad Sedem Apostolicam iubetur, & litteræ remittendæ ad Senatum Regium, pro vt in l. 28. tit. 3. lib. 1. Recopil. qui casus pariter in dict. l. 35. expressus non erat.

Ex identitate etiam rationis, quod circa retentionem Bullarum tunc in derogationem beneficiorum patrimonialium Episcopatus Burgensis, Palentinis, & Calaguritani dispositum erat anno 1525. per leg. 25. tit. 3. lib. 1. Recopil. atque etiam in dict. l. 23. idem extensum fuit postmodum ad alia omnia loca in quibus pariter beneficia patrimonialia existant, & eadem viget laudabilis, & semper obseruata consuetudo, anno 1539. vt in l. 23. eodem tit. & libro.

Et eodem modo dict. l. Regia 25. & l. 24. dict. tit. 3. lib. 1. Recopil. quæ disposuerunt circa litteras impetratas in præiudicium Canoniceatum Magistratus, & Doctoralis Ecclesiarum Cathedralium dumtaxat, cum postmodum ex noua dispositione Concilii Tridentini fuit dispositum & ordinatum, vt in qualibet Cathedrali creetur, & erigatur vnus Canonicatus pro penitentiario, & alius pro lectura Sacræ Scripturæ, pro vt in cunctis ferè Hispaniæ Ecclesijs fuit exequutum, & completum. Idcirco litteræ impetratæ super istis Canonicatibus penitentiariæ, & lecture, aut pro pensionibus super illis constitutis in Romana Curia quotidie reti-

uentur in Senatu ex paritate, & identitate rationis, & omnimoda similitudine inter has præbendas nouiter erectas, & illas antea creatas nempe Magistrales, & Doctorales, de quibus specialiter disposuerat, dict. l. 25. quam similitudine & iuridice praxis inconcussa Senatûs & ad hos novos Canonicatus extendit.

Pariter etiam & eodem modo tunc protectionis prætextu, & rationis identitate, multo post anno 1593. ad petitionem Regni in comitijs edita fuit lex, quæ est 59. addita ad tit. 4. lib. 2. Recopil. 3. tom. per quam Consilio Regio commendatur protectio, & executio Concilij Tridentini, ne in aliquo violari patiatur ex impetratis litteris in contrarium, de quo latius hoc tractatu, part. 2.

Quæ quidem omnes leges tunc pro tempore, quo damna, & inconuenientia fuerunt præcognita per experientiam, confirmati fuerunt conditæ & promulgatæ, non tantum per rationem extensæ; sed potius in ratione ipsa generica comprehensæ, & sub potestatis ambitu, & confine contentæ, vt latius probatum est superius.

His itaque sic suppositis facillimè respondetur, vt valet ad argumenta tunc pro contraria parte considerata, quæ re vera non obstant, non primum, ex l. Hæres meus 100 s. de statuta, ff. de legat. 3. cum alijs; de quibus superius, num. 5. Quia respondetur, nec procedere, nec posse in nostro casu, cum sit admodum diuersus, quia Regi de iure tanquam protectori Reipublicæ Ecclesiasticæ & temporalis, competit facultas tuendi illas à violentiis, & per expressionem aliquorum casuum particularium magis frequentium in aliqua lege, non potest fieri illatio ad exclusionem aliorum minus frequentium, sed imò sub legis eiusdem ratione generica comprehenduntur, quia tunc videtur appositi illi casus exemplariter, non restrictiue, vt latius supra num. 14. probatum est, & iterum ex vulgari axiomate, quod exemplum non arctat regulam.

Sed quando fuisset in eo casu, tunc adhuc argumentum retorqueretur, quoniam verius est de iure, per enumerationem specierum non restringi genus præcedens in eadem dispositione, Barthol. in l. questum, s. si quis fundum, ff. de fundo instructo, Cephal. in consil. 372. num. 14. & 21. volumin. 3. Craueca consil. 227. num. 7. versicul. Quæ ratio licet: Afflictis decis. 106. num. 2. Ruinus consil. 32. num. 6. volumin. 2. Sociinus consil. 30. cal. 2. Hieronym. Gabriel. consil. 88. sub num. 38. volumin. 1. Mascard. de probationib. volum. 3. conclus. 1264. num. 12. Decian. consil. 39. num. 19. Instrigol. decis. 13. num. 26. lib. 1. Iacobus Gallus consil. 69. à num. 11. & 12. nonnullos allegat, & latè prosequitur Ludouicus Calanate in consil. 44. à num. 20. & sequentibus, & ferè per totum, nonnullos ex supradictis allegat Castillo controuersarum, tom. 4. à num. 18. cum sequentibus; vbi declarat aliqua iura, quæ in diuerso casu loquuntur. Et ibi latissime post plurimos Doctores, quod in dubio si aliter non constet tunc de clara dissidentis contraria voluntate; genus non restringitur per enumerationem specierum, textus est optimus in l. questum, s. si quis fundum, ff. de fundo instructo, & l. regula, s. licet, ff. de iur. & fact. ignor.

Et per dict. l. questum, tunc in l. legata super pellecilli,

pellecilli, ff. de supellecilli legata, l. Pellecilli, s. habet, ff. de auro & argento legat. idem probat Decius in cap. sedes, num. 9. de rescriptis, & in l. si in toto iure, num. 15. & 16. de regulis iuris, Socinus in consil. 98. num. 30. lib. 1. Craueca consil. 227. num. 7. Afflictis decis. 106. num. 2. & 3. Marta in tractat. de clausulis 2. part. clausul. 1. generalis, à num. 13. dicentes, quod in dubio clausula generalis non restringitur, quando post expressionem generis subsequitur enumeratio specierum. Quia tunc species dicuntur expressæ causæ demonstrationis, & maioris declarationis, non autem restrictionis, & pulchre tenuit Rota decis. 189. lib. 3. in nouissimis, in qua domini de Rota recesserunt à resolutione facta in eadem causa 30. Ianuarij 1581. coram Blancheto, & est decis. 338. part. 2. in nouissimis; cuius meminit Marta vbi proximè, & est Rota decis. 257. num. 9. apud Alexandrum Ludouicium, ibi: Tertiò respondetur, pro vt fuit responsum in illa Romana legatorum, quod illa imò regula est facienda in contrarium, quod species non restringat genus, & quod censetur potius expressæ species maioris declarationis gratia, &c. quod comprobatur Oliuierus Beltraminus in annotationibus, vbi: num. 13. dicens, quod legans testator mobilia, & si exprimat aliquas species mobiles, vt talis expressio censetur facta demonstratiue, non restrictiue, per Cephal. consil. 372. num. 15. Rotam decis. 261. num. 2. part. 2. diuersor. & fuisse dictum in Romana legatis de Viellis 13. Ianuarij 1583. coram Gipro, quod & pro Regula firmat ipse Beltraminus, vt expressio specierum non restringat genus, Petrus Surdus, qui plures pro ea cumulat consil. 32. num. 14. Gratianus discept. forens. cap. 404. num. 7.

Deinde quia nullo casu tunc genus præcedens in dispositione restringitur per enumerationem specierum in eadem factam, quando genus & species tendunt ad eandem personas, quia inter illas intelligitur facta enumeratio specierum ex superabundanti, & ad maiorem declarationem, ita probatur in l. verba, & ibi Bart. in summat. & in 2. lectura, ff. de aliment. & cibarijs legatis, & in dicto s. si quis fundum, 2. quest. ad finem, Cephal. in consil. 158. ex num. 33. vsque ad num. 37. Socin. consil. 30. num. 2. lib. 2. Afflictis decis. 106. num. 2. Craueca, Parisius, Mazolus, & Marcobru. citati à Calanate, dict. consil. 44. num. 46. & post alios plures, quos citat optimè, & explicat Iacobus Gallus dict. consil. 69. num. 16. & à num. 26. Et quod quando genus & species eandem personam respiciunt, vt tunc species opponantur declaratiue, & exemplariter, non restrictiue per l. questum, s. iidem venimus ff. de fundo instructo, l. si mancipia in principio, ff. eodem titul. probat cum Dino, Craueca, & Cephal. Marta de clausulis 2. part. clausul. 1. generalis, num. 15. & Rota in dict. decis. 189. Contrarium autem

quando genus, & species tunc numeratæ opponuntur in diuersis dispositionibus, & inter diuersas personas, & videndus etiam Castillo dict. cap. 41. num. 20. qui num. 24. & sequentibus, & à num. 22. Quando genus & species tunc non sunt contrariæ, vt tunc genus præcedens per enumerationem specierum sequentium non restringatur post Decium, Cagnolam, Ruinum, Menochium, & Marchabru-

num tradit ipse Calanate dict. consil. 44. num. 43. & 44.

Vnum tamen nota, quod tunc generalis verbum significatio, tunc restringitur per enumerationem specierum, quando enumeratio apponitur per dictiones declaratiuas, vt scilicet videlicet, & similes, Dinus in cap. generi vsque, secundò casu, de regulis iuris in 6. Albericus in dict. s. si quis fundum, Craueca consil. 227. num. 7. Iacobus Gall. dict. consil. 59. num. 14. & per Bartul. in l. questum, s. si quis fundum, num. 15. versicul. Ant fuit facta numeratio, ff. de fundo instructo, Bald. consil. 200. num. 3. lib. 4. & Craueca vbi proximè, & Cephal. consil. 372. num. 18. affirmat Oliuierus Beltraminus in annotationibus ad Alexandr. Ludouicium, decis. 257. num. 13.

Et sic quando argumentum procederet in nostro casu, retorqueretur, tunc ex vera resolutione hæc tunc declarata, tunc etiam ex eo, quod in præsentis genus & species tendunt ad eundem finem, & nec sunt contrariæ, nec inter diuersas personas, sed inter eandemmet, puta inter Principem, & suam Republicam, necnon subditos suorum Regnorum.

Ad secundum argumentum sup. positum à num. 6. & sequentibus, quod consuetudo non extenditur tunc de casu ad casum, nec de loco ad locum: multipliciter respondetur, primò, quod hæc Regalia, tollendi violentias suorum subditorum, ad Regem pertinent iure ipso, quæ ad hæret eius diademæ, & coronæ inseparabiliter, quippe proprium ius & officium est Regis, vt abundè probauimus in capitul. 1. à num. 103. cum sequentibus, hac 1. part. huius tractatus, & de Regia protectione, latius & fortius 1. part. capitul. 1. à principio, vbi à num. 120. & sequentibus comprobauimus, Regem vltim fuisse hoc iure, & Regalia per tempus immemorabile, tunc ista consuetudo venit accessione ad corroborationem, & maiorem iustificationem iuris principalis, & non vt principalis, quæ non attenditur, nec est in considerationem quam accessoria, attenditur enim quod principaliter agitur, non quod in consequentiam ex vulgaribus.

Secundò respondetur, quod dato casu, quod consuetudine immemorabili sola hæc Regalia tollendi violentias tunc competere Regi vt protectori, tamen adhuc extendetur de vno casu vnus speciei possessi ad alium casum illius speciei, quo vnus non fuerat præscribens, ita post alios limitat conclusionem (de qua in argumento contrario) Antonius Gabriel. commun. conclus. tit. de prescriptione. conclus. 2. num. 19. vbi plurimos Doctores citat.

Tertiò respondetur, quoniam ista Regis regalia tollendi violentia suorum Regnorum est ius vniuersale tunc comprehendens omnes casus, & 66 species violentiæ, quia in hoc casu vniuersalis, generalis, & indefinita iuris determinatio, & dispositio est, non restricta ad singulares species, & casus particulares certæ violentiæ, sed vniuersaliter omnes comprehenditur, vt satis probant iura, & Doctores citati in nostris Commentarijs de Regia protectione, 1. p. cap. 1. & hoc tractat. sup. c. 1. & sic quando præceditur ius tunc vniuersale, & generale, per vltim partem conferatur ius in toto, plurimos citat Ant. Gabr. d. concl. 2.



num. 18. Sed quia hunc articulum copiose, & accuratè infinitos Doctores, & varias doctrina: adducunt tractauimus in tractatu de Regia protectione. 3. parte. cap. 10. à num. 100. cum multis seqq. hic missam facimus; contenti etiam allegatione D. Ioan. del Castillo in tract. de tertio, cap. 33. à num. 2. cum multis seqq. qui referens nostras doctrinas ad longum articulum tangit.

68 Sed Doctoribus ibidem adductis ꝑ adde Alexandrum Ludouisiu decif. 577. & ibi Oliuer. Beltramin. num. 8. vbi quod possessio presentandi ad vnum beneficium trahitur ad alia beneficia contenta sub eadem fundatione, & ipse Oliuer. Beltramin. num. 6. quod possessio conferendi quoad quædam beneficia trahitur ad cætera beneficia eiusdem speciei, vbi adducit varia exempla huius doctrinæ, & de indulto ad conferendum certum genus beneficiorum, Seraphin. decif. 1043. à num. 1. cum sequentibus. Vbi quod attenditur causa ꝑ vniuersalis possidendi, & in decif. 51. num. 1. & sequentibus; vbi agit de priuilegio concessio monasteriis vniuersi religionis, quo si aliqua monasteria vlti fuerit, priuilegio eodem conferatur ius monasterio non vnti.

69 Et per sententiam adiudicato ꝑ iure patronatus acquiritur possessio, quæ conferatur per presentationem aliquorum beneficiorum ex contentis in sententia, & sub dicto iure patronatus, vt post dictam decisionem Ludouisi, & Molinam de Hispan. primogen. lib. 2. cap. 6. num. 17. Suti. consil. 23. Rotam decif. 17. num. 1. & 2. part. 2. diuersorum, tenet Rota vt per Viuanum in tractatu de iure patronat. decif. 85. à num. 3. & Rota per eundem Viuanum in decif. 103. num. 3. dicit, quod presentatio ad beneficia aliqua contenta in donatione, arguit quoad alia similiter eadem donatione contenta; videnda etiam erit quoad hanc conclusionem decifio Rota, adducta per Nicolaum Gacciam in tractatu de beneficiis 13. part. cap. 2. de vnione num. 240. circa principium, & alia ibidem num. 241. ante medium, Iacobum Canceri. variarum resolution. lib. 3. cap. 5. num. 91. & in optimo casu, vbi de limitatione; vide Alcanium Tamburinum in tractatu de iure Abbatum, tom. 1. disp. 15. quest. 18. à num. 34. Mieres de maioratu 1. part. quest. 34. num. 2. & à num. 10. vbi habens ius plura respiciens, si eo vitur in vno, conferatur ius in toto, Gratianus decif. 148. in addition. num. 2. vbi de optima doctrina, quos videbis ad varios casus, & tandem Castillo de tertio, cap. 33. per totum; vbi per nostras doctrinas, quas omnes signanter recenset, articulum hunc copiosè examinat.

70 Ex qua doctrina rectè & iuridicè inferitur, quod cum hæc regalia ꝑ Principis sit ius vniuersale ad omnes violentias subleuandas inter suos subditos quoscumque, licet ea vltus non fuisset in aliquibus casibus continentibus violentiam, nihilominus in eis non amisit dictum ius; sed potius conseruauit in omnibus per vltum partis, in quibus poterit sua regalia vt liberè quando-cumque, præstando suum auxilium vi oppressis cum moderamine inculpate tutele, hoc est feruata semper reuerentia Sedis Apostolicæ, vt sæpè diximus. Et hoc fundamento moti fuimus de Regia protectione, 1. part. cap. 1. num. 124. licet

obiter) ad probandum; posse Principem vti sua regalia in cæteris causis violentiæ, quibus forte non fuisset vltus hæcenus.

Respondetur quarto, quod negamus, Senatuum Regium ꝑ non fuisse vltum hac regalia in 72 aliis casibus retentionis respectu probabilis violentiæ, vltia sex relatos in dist. 1. 25. Recopilationis; cum verissimum sit, & constans; semper ea vltum fuisse, & vitur, quoties sese offerre necessitas & occasio, vt notorium est, & quotidie videmus & practicamus in hoc supremo Consilio Regio; sic etiam expresse patet ex nouatum legum dispositione, quarum meminimus sup. à num. 51. cum seqq.

Ad tertium argumentum pro contraria parte sup. adductum à num. 9. & sequentibus, Responderi potest eodem modo, ꝑ sed in specie ex 73 iis diluitur; primò, quod Regalia Principis tollendi omnes violentias suorum subditorum nullam patitur dubitationem, sed est iure notissima ex hæcenus dictis, & sic consuetudo interpretatiua nihil operatur, quia in clausis obseruantia interpretatiua non admittitur, vt post plurimos Doctores & Rotæ decisiones mirabiliter probat Oliuerus Beltraminus in annotationibus ad Ludouisiu decif. 184. num. 8. cuius verba referat ad litteram, & sequitur Castillo controuers. tom. 1. cap. 93. §. 7. sub num. 2. vers. Alexander Ludouisius. Et Nos latè infra 2. part. cap. 30. §. 5. à num. 18. cum multis seqq.

Secundò respondetur, quod quando ius Regis fuisset dubium, nullibi damus, nec possumus, obseruantiam ꝑ contrariam, sed imò firmam praxim, & vltum notorium in omnibus casibus contingentiis, quibus adest violentia, & sic causa legitima ex adscriptis supra c. 5. & quatuor sequentibus; & ita communiter practicatur in hoc supremo Consilio, & quotidie videmus obseruatum inconculsè, & nemine reluctante indistinctè in quibuslibet casibus, in quibus illud dumtaxat controuertitur, & accuratè examinatur inter partes, aduocatos, & Senatores, an illa causa, ob quam petitur litterarum Apostolicarum retentio, sit legitima nec ne, & qualificata, & ex illis, ex quibus hoc salubre retentionis remedium destinatum est, & introductum omiffa, imò non admissa controuersia, an casus sit nouus, & per Regias leges specialiter non determinatus nec decifus: circa quem articulum iam nullam dubitandi rationem nec occasionem quantumuis remotam de cætero reliquimus post hanc nostram longam disputationem, & fundamentalem resolutionem pleno iure roboratam.

CAPVT X.

Esto, quod retentionis Bullarum remedium quod vis possit post earum executionem iam peractam, & possessionis apprehensionem: an Senatus sui decreti virtute eam valeat reponere? Velan, & quomodo tunc decretum retentionis istud queat exequi. Vel quo sit tunc remedium vim patienti consulendum. Et an decretum Senatus coram executorum Bullarum fidem faciat, & ad quem finem.

SUMMARIUM.

- Retentionis remediū an vti possit post peractam executionem, grandis apud omnes habita difficultas, num. 1.
- Retentionis litterarum remediū, & decretum tendit in futurum, ad impediendam executionem earum in perniciem Reipublicæ, num. 2.
- Dispositio in futurum ordinata multoties operatur in iam factis, & in præterito, num. 3.
- Licentia obtenta per Prelatum ad testandum de fructibus iniuncti Ecclesiæ questus extenditur ad testamentum antea factum, num. 4.
- Licentia obtenta à Monacho ad testandum extenditur ad testamentum iam conditum, num. 5.
- Licentia data à Principe ad adificandum molendinum porrigitur ad molendinum antea illicitè constructum, num. 6.
- Quod procedit sine Principe consensu sit factum fuisse, sine ignorans, num. 7.
- Consensus Principis, vt alienigena possit in Regno beneficia obtinere, habet locum in beneficio iam obtento, num. 8.
- Dispensatio ad obtinendum duo beneficia incompatibilia predest ad iam obtenta retinenda, n. 9.
- Mandatum de providendo de prima vacatura predest in vacante tempore indulti, num. 10.
- Legatum pro virginibus dotandis obtinet iam nupta, num. 11.
- Secus quando dispositio dicit pro virginibus maritandis, num. 12.
- Licentia obtenta à Domino feudis, aut emphyteusis pro emphyteusi alienanda porrigitur ad alienationem iam factam, num. 13.
- Procuratorem constitutus ad contrahendum matrimonium videtur consentire, & ratificare iam factum, num. 14.
- Retentionis Bullarum remediū inuentum fuit dumtaxat ad impediendam executionem earum in detrimentum Reipublicæ etiam spiritualis, num. 15.
- Decretum retentionis, quod tendit in futurum in executione iam facta verificari aut adimpleri nequit, quia deficit subiectum habile, n. 16.
- Sententia ad conseruandum aliquem indemnem ab obligatione, hæc iam extincta per solutionem exequitur eo modo, quo conseruetur indemnis, vt solutum sibi restituat, num. 17.
- Sententiam si fuerit impossibile exequi directè in quo dispositio, sit executio in eo, quo potest, n. 18.

Condemnatus ad tradendum instrumentum obligationis, quod non apparet, cogitur liberare debitorem, num. 19.

Princeps ad manus suas potest reducere fructus beneficij vacantis, ne dissipentur, num. 20. & vide num. 64. & sequentibus.

Vbi de praxi, & Regalia Regis Hispaniæ, & Franciæ, & fructus beneficij imperari ab alienigenis, & super quo naturalis consensus pensionem quando sequestrantur ex lege Regni, num. 21.

Litteras impetratas super beneficiis parimonialibus, qui impetrare fecerit, aut vsus fuerit absque examine Senatus, amittit naturalitatem horum Regnorum, & fructus quorumlibet beneficiorum sequestrantur, num. 22. & num. 23. & vide num. 69. & sequentibus.

Fraudibus occurrere, publice & private auctoritati conuenit, num. 24.

Recusus ad Regem si non haberetur post peractam executionem Bullarum in damnum Reipublicæ, magna fraudes oriuntur, num. 25.

Fraudibus via non est aperienda, num. 26.

Fraudibus vt occurratur, latam ius admittit interpretationem, num. 27.

Fraus dicitur fieri legi, quoties per indirectum & cautellam redditur illusoria, num. 28.

Fraudibus neruose occurrendum est, num. 29.

Contra retentionis decretum, & eius verba ire videtur, qui earum virtute quotidie vitur possessione, & ei insistit, num. 30.

Ea qua in animo consistunt habent casum continuam, & successiuam, num. 31.

Et quotidie grauat, ibid.

Retentionis recursu vi directè nequit regulariter post peractam executionem, & possessionis apprehensionem vigore litterarum, num. 32.

Decretum retentionis Senatus exequi directè non potest in repositione executionis litterarum iam factis, num. 33.

Qualitas adiecta verbo, vel participio restringitur ad tempus verbi, vel participij, nec antea operatur dispositio, num. 34.

Regalia retentionis certis finibus concluditur, & inuenta ad finem impediendi executionem faciendam, vltia progredi non potest, num. 35.

Iura quibus nittitur retentionis recursus dumtaxat, tribuunt facultatem supersedendi in executione litterarum, non reponendi iam factam, n. 36.

Remediū datum ad supersedendum nequit verificari in re iam geita, num. 37.

Adducuntur singulares in proposito Rota decisiones, ibidem.

Permissum ad tempus, post tempus censetur prohibitum, num. 38.

Verba limitatiue apposita habent inducere terminum, qua non licet transgredi, num. 39.

Retentionis Regalia limitata est ad casum, & effectum supersedendi, & impediendi executionem, qua cessat cessante causa, num. 40.

Potentias decreti retentionis sub finibus supersedendi, & impediendi executionem litterarum faciendam includitur non transgrediendi; ibid.

Mirabilia inra ponderantur in proposito, ibid.

Sententia, & decreti fines excedere non licet, num. 41.

Sententia, qua fundatur in causa cessat cessante causa, num. 42.

Remedia à iure concessa ante actum factum, vel in preparatione ad faciendum, cessant post illum consummatum, sed confugiendum erit ad remedia